



## Charter Document - 05560024

Charter Number: 05560024

Cartulary Title: [Original Charters of King John \(London\)](#)

Charter Language: Latin

Charter Origin: Royal

Charter Type(s): Notification


Date: 1202

Date Type: Internal, Regnal

Resource Link(s): [The Magna Carta Project \(http://bit.ly/2LbsDlm\)](http://bit.ly/2LbsDlm)[View Map](#)

## Charter:

Iohannes Dei gratia rex Anglie dominus Hybernie dux Normannie Aquitanie comes Andegaue archiepiscopis episcopis abbatibus comitibus baronibus iusticiis vicecomitibus prepositis et omnibus balliuis et fidelibus suis salutem Sciatis nos concessisse et presenti carta confirmasse venerabili patri nostro in Cristo Huberto Cant archiepiscopo et successoribus suis in perpetuum quod habeant in curia sua magnas assisas de terris que tenentur in gaelikende de feudo ecclesie Cant in Cantia ita scilicet quod idem archiepiscopus rogabit nos vel capitalem iusticiarium nostrum et nos vel ille mittemus aliquos de iusticiis nostris in curiam ipsius archiepiscopi in cuius visu et presentia assise ille teneantur Et quicumque de hominibus de feodo ecclesie Cant inciderint in misericordiam per assisas illas illorum misericordie erunt archiepiscopi Cant Aliorum vero hominum misericordie qui per assisas illas in misericordiam inciderint in curia ipsius archiepiscopi nostre erunt Quare volumus et firmiter precipimus quod predictus archiepiscopus et successores sui habeant et teneant assisas illas in curia sua libere et quiete et sine omni impedimento et contradictione sicut peditum est cum misericordiis hominum de feudo ecclesie Cant in perpetuum tempore nostro et tempore heredum nostrorum Et prohibemus districtius ne quis contra hanc concessionem nostram in aliquo venire presumat Testibus Eustachio Elyen Sauarico Bathon episcopis Galfrido filio Petri comite Essex Willelmo Marescallo comite de Penbroc Roberto de Harecort Garino filio Geroldi Petro de Stok Ricardo de Reueris Roberto de Tateshal Datum per manum Simonis archidiaconi Wellensis apud Rupem Auriual iii die Maii anno regni nostri tertio



- Institution - an Institution associated with either the giver or receiver of a property transaction in a charter
- Property - a property place location that is a transaction in a charter
- Issued - the issued at place location for the charter
- Charter

[^ Top](#)[Home](#) [Context Search](#) [Document Search](#) [Cartularies](#) [Dater](#)[Dater by Distance](#) [Dater by Prevalence](#) [Text Pattern Dater](#) [Text Pattern Dater Comparison](#)[Publications](#) [Contact us](#) [About](#)[About DEEDS](#) [Collection of Medieval Charters](#) [Chronological Evaluation](#) [Copyright and Fair Use](#) [Search Help](#)[Search Help](#)

